Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26870
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bulatus. Ire illic. Et si habuero fidem ita ut montes transferam. caritatem
aut non habuero. nichil profecio. Et si distribuero omnia mea. et si tradidero cor
pus meum ut ardeam. caritatem autem non habuero. nichil profecio. Caritas magnani
ma est. caritas benignatur. caritas non emulatur. caritas non agit perperam. non inflatur. non
irritatur. non cogitat malum. non gaudet super iniusticia. letatur autem in veritate.
Omnia diligit. omnia credit. omnia sperat. omnia sustinet. Caritas numquam excidit.
De hoc ipso ad galath Diliges proximum tuum tanquam te. Si autem mordetis et incusatis
invicem. videte ne consumamini ab invicem. In epta iohis. In hoc apparent filii
dei. et filii diaboli. Omis qui non est iustus. non est de deo. et qui non diligit fratrem suum et ma
trem suam. Qui enim fratrem suum odit. homicida est. et scitis quia homicida non
habet in se vitam eternam. Item illic. Si quis dixerit quoniam diligit deum. et fratrem suum
odit. mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt. deum quem non videt
quomodo potest diligere. In actib apstor. Turba autem eorum qui crediderant. anima
ac mente una agebant. nec fuit discrimen ullum. nec quicquam suum iudicabant.
ex bonis que eis erant. sed fuerunt illis omnia comunia. De hoc ipso in euang cata
math. Si obtuleris munus tuum ad altare. et illic recordatus fueris quia
frater tuus habet aliquid adversus te. relinque illic munus tuum ante altare.
et vade prius et reconciliare fratri tuo. et tunc veniens offeres munus tuum ad
altare. In epta iohis Deus caritas est. Et qui manet in caritate in deo manet.
et deus in eo manet. Item illic. Qui dicit se in luce esse. et fratrem suum odit. homici
da est. et in tenebris ambulat usque adhuc. In nullo glandum quando nirm
nichil stat. In euang cata iohim Nemo potest quicquam accipere nisi fuerit datum de
celo. In epta prima ad corinthios ..... Quid enim habes quod non acceperis. si
autem accepisti. quid glaris quasi non acceperis. In basilion libro primo Nolite glo
riari neque loquamini elata. et non procedat magniloquentia ex ore vestro. quia
deus scientiarum dominus. Item illic In invalidus est factus arcus potentium. et infir
mi accincti sunt virtute. In OVACHABEIS Iustum est subditum deo esse. et mor
tale non pari ado sentire. LIEO illic Et tuba viri peccatoris ne tumue
ritis. quia gla ei in stercore erit. et in umbra hodie extollet. et cras non inveniet
ur. quoniam conversus est in terram suam. et cogitatio eius peribit. Humiliate et que
te in omnibus tenenda. Apd esayam Sic dicit dominus deus. Celum mihi thronus. et terra scabel
lum pedum meorum. quam mihi sedem edificabitis. aut quis locus ad requiem meam. Omnia
enim ista fecit manus mea. et sunt mea. Et super quem aspiciam aliquem nisi super humilem
et quietum. et trementem sermones meos. In euang cata matth Beati mites quoniam ipsi
heredibabunt terram. De hoc ipso cata luca Qui minimus fuerit in omnibus vobis
hic erit magnus. Item illic. Quia se extollit humiliabitur. et qui se humiliaverit
exaltabitur. De hoc ipso Paul Ad romanos Noli altum sapere. sed time. Si enim deus natu
ralibus ramis non pepercit. ne forte nec illum parcat. In ps xxxiii. Et humiles